



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Clarissimi Viri Henr. Zoesii Amersfortii, In Academia
Lovanensi I. V. D. Et Antecessoris Commentariis In Jus
Canonicum Universum, Sive Ad Decretales Epistolas
Gregorii IX. P. M.**

Zoesius, Hendrik

Coloniae Agrippinae, 1691

Titulus XV. De Commodato.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62329](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62329)

sicut non habeat, quoniam nequidem usus Ecclesia est intervertendus. Dico regulariter non sunt casus, quibus admittitur, ut jam dicitur.

I Sunt hi duo contractus distincti. Nam Precaria, sive Precaria in singulari numero, *can. Precaria x. q. 2. Abbas in c. i. n. 3. b. r.* est contractus a Canonibus inductus. [jure enim civili incognitus] quo prae di Ecclesiastici usus fructus, remuneratio ergo, aliquotogrami conceditur ad vitam, aut alud certum tempus, *can. Huiusmodi x. q. 2.* Ad hujus confessionis valorum requiritur, Superioris interveniat auctoritas, quia continet quandam alienationem, secundum dicta Tit. superioris. Causa subit rationabilis, scilicet quia is, cui fit, in Ecclesiam bona sua conculit, *d. can. Precaria & c. 2. b. r.* Alias successor non impeditur eam revocare, etiam si praedecessor sub gravi pena se obligaverit in casu revocationis, *d. c. 2.* Neque enim praedecessoris factum ligat successorum, qui potest & debet rescindere mala acta praedecessoris.

II Habet hic contractus quid singulare. Primum quod pro arbitrio concedentis revocari nequeat, *c. fin. in fine hoec.* cuius ratio consistit in beneficio eius, cui precaria facta. Secundo, quod de quinquennio in quinque annum sit revocanda *c. i. b. r.* Quia conditione tacite inserit, idque ne fluxi temporis contingat rei persiste memoriam, *can. Sapèyz. xii. q. 2.* ubi etiam præcipitur ei, cui precaria facta, rem quam accipit, utiliter colat.

III Precarium iure civili cognitum differt ab isto contractu, cum fiat ad certum tempus, inde ne quidem ex partium conventione tempus admittatur, *i. Cum precario 12. D. de precario;* sed ad libitum concedentis, cui rem præcario datum revocare est liberum quandocumque, *i. i. D. d. r. & c. fin. hoc tit.* Non debet tamen esse revocatio intemperista, & præcipitata, sed ex arbitrio judicis dandum intervallo temporis, quo commode illi, qui precarium accepit, recedere a re liceat, cuius restituenda non semper commoda est occasio; ut si contingere propter rerum dispositionem præcario habent non tam factum esse beneficium, quam injuriam, & nocumentum. Abbas in *d. c. fin. num. 12.* Revocatus non tantum

expresè, sed & tacitè per alienationem, *d. c. fin.* Venit praestans dolus & culpa lata dolo proxima, *i. Quasirum 8. §. sum quoque D. d. tis.* quatenus facta habent res facta deterioris qua de te videantur tradita *D. b. r.*

TITULUS XV.

De Commodato.

SUMMARIUM.

1. *Commodatum quid?*
2. *Actione commodati duplex, directa & contraria.*

Superiori vicinum est Commodatum, quo res datur alteri utenda gratis, ad certum tempus vel usum, eo finito restituenda. Est species aliqua alienacionis, quoad usum saltem: ut in rebus Ecclesia non ita obrineat, nisi quarenus cessat ejus detrimentum. Distinguitur in eo a precario, quod ante usum concessum, aut tempus temere non revocetur, *i. in re 17. §. sicut D. b. r.* Habet locum in rebus tam immobilibus, quam mobilibus.

Actione hinc est & directa ipsi commodanti, ut restituatur; usi aut tempore finito, & reficiatur, quatenus culpa commodatarii res facta deterior, etiam levissima, quando solius commodatarii causa agitur: nam si simul & commodantis, tantum levis culpa venit praestanda, & latet tantum in casu, quo commodatum in iure gratia solius commodantis, secundum distinctionem in *i. Si ut certo §. §. nunc videndum D. eod.* Contraria est commodatario, ad rependendum, quod in rem infupit, & refundendum damnum, quod vel ex intemperista repetitione rei accepit, vel ex re viciola data, ne non tam decipiatur quam adficiatur beneficio, *d. §. in fine;* qua de relatus D. hoc tit. & In fin. Quib. modis re contrah. oblig. §. Item.

sc. cui.

* *

-

TITULUS